

Sammelband von Dina



U. g. 1975

POSITIONES LEGALES

Disputat. V.

DE ACTIONIBVS

BONÆ FIDÆI, STRICTI IURIS,
ET ARBITRARIIS, EX S. ACTIONVM ET
quatuor sequentibus Instit. de actionibus &
concordantibus iurium textibus

desumptæ,

QV A S
D. O. M. A.

Præside.

NOBILISSIMO ET CONSVL-
tissimo viro

Dn. ARNOLDO DE Keyger

I. V. D. & in Inchyta Salana

Academia publico Pandectarum
professore,

Discutiendas proponit,

GEORGIVS Helmoldt

Gottingensis Saxo.

Ad diem 28. Iunii hora & loco
consuetis.

IENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

Anno M.D.XCV.



AMPLISSIMO CLARISSIMO
mo & consultissimo viro

Dn. VLTRICO GISCLERO IN
clyta Reipublica Gottingensis consuli dignis-
simo patrono & adfiri suo observanter
colendo,

Subsequentes positiones, in perpetui studii &
observantiae testimonium,

offere dedicat & consecrat,

Georgius Helmoldt Respondens.



DE ACTIONIBVS BONAE
fidei, stricti iuris, & arbitrariis.

CONTINUATIO.

Discussâ in disputatione superiori quartâ actio-
num divisione: ordine Iustiniano rectè con-
sequenter nunc de quinta præsentis in disputatione
tractatio instituetur.

POSITIO I.

ACTIONVM ERGO
quædam bonæ fidei sunt, a quædam
stricti iuris, b quædam arbitrariæ. c
a §. actionum. 28. 29. 30. Instit. h. t.
Cur certa iudicia bona fidei constituta r.
Duar. ad l. 5. ff. de in lit. iurando n. 14.

Donell. d. §. 28. n. 43. b d. §. 28. & 30. Instit. h. t. Ita
tamen has actiones uspiam dici in veteribus emenda-
tisq. codicibus manuscriptis negat Duar. ad d. l. 5. n. 13.
sed appellari actiones strictas, stricta iudicia, actiones
stricti iudicij firmat l. 3. §. in hac D. commod. c. §. 31.
Instit. h. t. Borch. d. §. 28. eod. Treutl. p. 1. disp. 11. th. 5.
lit. b. Duar. ad d. l. 5. n. 12. 36. & 37. Diss. Græci qui ar-
bitrarias ad bonæ fidei referunt, quorum sententiam re-
ctè refutat Vult. 2. Iurispr. c. 4. n. 50. Diss. aliter Vult. d.
loco. & Dd. pleriq.

2. Bonæ fidei actiones dicuntur eæ, in quibus
libera potestas est iudicis æstimandi inter litigato-
res quid alterum alteri ex bono & æquo præstare
oporteat.

A 2 d. §. 30.

2. §. 30. ubi Dd. communiter. §. fl. Instit. de obligat. que ex consensu. Et has actiones bona fidei dictas opinor, quod maxime in his exigatur fides bona, l. 5. C. de rescind. vendit. Donell. d. §. 28. n. 10. & 11. paulo aliter Borch. d. §. 28. & in insigni. tr. de V. O. c. 7. & 8. n. 88. vers. dicuntur bona fidei. Duar. ad d. l. 5. ff. de in litem iur. licet in omnibus aliis exigatur. l. si mandato. §. 1. mandati. l. 4. C. de O. & A. Illud manifestum est cum in bona fidei actionibus, in reliquis non item, à Pratore iudici que proponebantur formulis addebantur hæc verba: ex bona fide. Cic. in top. & 3. offic. Borch. d. loco. ut & Baro. hic. vel: ex bono & æquo; l. 2. & l. 5. ff. de O. & A. l. 8. ff. de cap. minut. vel: quod æquius melius. Vult. 2. Iurispr. cap. 4. Hinc que emanant proprietates harum actionum paucis videbimus.

3. In bonæ fidei actionibus usuræ ex mora debentur: a in strictis non item. b

a l. mora. ff. de usuris. l. cum quidam. §. si pupillo. & §. seq. eod. l. 2. C. depositi. l. pæses. C. locati. Borch. in tr. de usuris. cap. 3. n. 13. & in tr. de V. O. c. 7. & 8. n. 88. & seq. Duar. cap. 2. ff. de usuris Vult. 2. Iurispr. cap. 4. V. Cuiac. tr. 3. ad Afr. in l. 10. ff. rem pupilli. Hocq. obtinet si debitor in solvendo moram fecit, nam si creditor in accipiendo moram facit, facit ut pecunia suo sit periculo. l. si soluturus. ff. de solut. Borch. d. c. n. 14. b d. l. mora. d. l. 2. C. depositi. l. 3. C. de usu. Cuiac. 14. obs. 22. Borch. d. §. actionum. & tr. de usuris. cap. 3. n. 14. Licet diversum obtineat in actione legatorum seu fidei commissorum nomine instituta. l. Titius Seio. §. 1. de legat. 2. l. 3. C. in quibus causis in integr. restit. Vult. d. loco Borch. d. tr. cap. 3. n. 16. 17. & d. tr. de V. O. n. 117.

4. Hic se offert quæstio satis controversa; num quando

quando in strictis judiciis ex mora non debentur
usurae, debeantur ex tempore litis contestatae? Nos
communi, quae deberi negat, opinioni subscriben-
dum arbitramur.

l. 1. ubi gl. C. de condict. indebiti. & l. 3. C. de usuris.
Cuiac. 14. obs. 22. & tr. 7. ad Afr. in l. 37. ff. de usufr.
Mynsing. d. §. actionum. hic. Borch. d. tr. de usuris cap.
3. n. 50. inf. & n. 51. & tr. de V. O. C. 7. & 8. n. 96. Diss.
Coras. 2. miscel. 7. Baro. in d. §. actionum. VVesenb. in
par. ff. de usuris. n. 3. Pacius in notis ad l. 35. ff. de usuris.
Vult. d. c. 4. Iason in l. cum fundus. de rebus creditis.
Duar. c. 2. ff. de usuris.

5. Hic sciendum quod in actionibus bonae fi-
dei fructus ex tempore morae veniant: a in stri-
ctis ex tempore quidem morae non, sed litis conte-
statae. b

a *l. videamus 3 §. 15. ff. de usuris. l. hanc autem.*
ff. depositi. Duar. c. 8. in pr. ff. de reb. credit. Borch. d. l. n.
103. b ex aequitate, d. l. 38. §. si actionem. l. 3. §. in his.
l. vulgò 2. ff. de usu. l. 31. ff. de rebus credit. Mynsing.
cent. 6. obs. 50. n. 8. Duar. iam citato loco, & c. 2. ff. de
usuris. Vult. d. c. 4. modo quis rem suam non petat: nam
hoc casu ex mora etiam fructus praestandi Mynsing. d.
obs. n. 9.

6. Sic in bonae fidei judiciis usurae ex pacto in
continenti apposito debentur: in strictis non item.

l. quamvis. C. de usu. l. Lucius Titius. §. si. l. Publica
Mavia. §. 1. ff. depositi. l. qui negocia. §. 1. l. initio C. de
pactis Borch. d. tr. de usuris c. 3. n. 2. inf. Vult. d. c. 4. Du-
ar. d. c. 2. inf. ff. de usuris, quia huiusmodi pactum inest
bonae fidei iudicijs sive contractibus, inest ad hoc ut for-
met ipsam actionem. l. 7. §. quinimo. ff. de pactis Borch.

A 3 d. c. n.

d. c. n. 6. & n. 11. in fine est ex parte rei & actoris: d. l. 7.
S. quinimo ff. de pactis l. bona fidei C. eod. secus vero in
strictis iudicijs, quibus tantum ex parte rei inest. dd. ll.
iuncta l. lecta. de reb. credit. Borch. d. tr. c. 3. n. 8. In his
ergo necessaria stipulatio l. 3. C. de usuris, nisi in exceptis
singularibus casibus, ut in pecunia civitatum, l. 33. ff. de
usuris in rebus alijs prater nummos, quae pondere nume-
ro vel mensura constant mutuo datus: l. frumenti 12. C.
de usuris. Duar. d. c. 2. in pr. ff. de usuris quibus addo pe-
cuniam nauticam & argentariorum. tot. tit. ff. de naut.
faen. d. l. frumenti C. de usuris Vult. d. c. 4.

7. Hic non ignorandum, quod actionibus bo-
nae fidei exceptiones insunt ipso iure: a non insunt
actionibus strictis. b

a l. 21. solut. matr. l. huiusmodi 84. S. qui servum
ff. de legatis 1. l. 3. ff. de rescind. vendit. VVesenb. in §. 30.
Instit. h. t. insunt ut ita iudex earum rationem habere
possit, si fuerint opposita, licet à pratore in formula non
expressa. Vult. d. c. 4. b dd. ll. Petr. Fab. ad l. 38. ff. de
R. 1.

8. Et hoc scitu dignum, quod dolus causam
contractui bonae fidei dans ipso iure contractum
nullum non reddat: a dolus dans causam con-
tractui stricti juris ipsum quidem contractum ipso
iure nullum non faciat, faciat tamen ut exceptione
doli rescindi possit. b

a l. 1. C. de rescind. vendit. Borch. d. §. actionum
Instit. hic Gail. 2. obs. 2. n. 6. Cuiac. ad l. 36. de V. O. Atq;
ita re integra, nulla inde datur actio: non amplius in-
tegra, datur de dolo subsidiaria. Vult. d. c. 4. b d. l. 36.
de V. O. Borch. d. loco vel etiam actione doli, l. & ele-
ganter 7. ff. de dolo d. l. 36. ff. de V. O. ubi Cuiac. & hac
est com-

est communis. Vult. d. c. 4. Diss. Coras. 2. miscel. 8. & 9. Robertus 3. animad. iur. c. 1. 2. & 4. Baro. in d. S. actionum.

9. Nec illud prætereundum, quod in bonæ fidei iudiciis antequam dies solvendæ pecuniæ venit agens ad cautionem interponendam de pecunia solvenda cum dies venerit aut conditio extiterit, ex justa causa audiatur: a licet contrarium obtineat in strictis iudiciis. a

a l. in omnibus 4 1. ff. de iudicijs l. pro socio. 38. ff. pro socio b dd. ll. 1. 3. de condict. causa dat. Cuiac. 17. obs. 37. nisi in quibusdam casibus: ut si agatur de legato vel fidei commissio tot. tit. ff. ut legat. nom. caveatur: & alijs quibusdam l. grege 13. S. pen. ff. de pign. l. 4. ff. de separat. gl. in l. 41. ff. de iudicijs Diss. Vult. d. c. 4. n. 91. V. Mysing. d. S. actionum. n. 20.

10 In casu autem, quo res debita non præstatur atq; æstimatio rei præstandæ interim aucta vel diminuta, in actionibus bonæ fidei tempus rei iudicatæ attendendum: a in strictis tempus petitionis puta litis contestatæ. b

a l. 3. S. in hac ff. commodati Duar. c. 8. cir. med. ff. de reb. credit. Vult. d. c. 4. n. 93. b d. l. 3. S. 2. ff. commodati l. vinum 22. ff. de rebus credit. l. ul. ff. de condict. tritic. Duar. d. loco Vult. d. c. 4. n. 92. Diss. vulgares Dd. per l. in re furtiva 8. S. 1. ff. de condict. furtiva r. latè de hac controversia Duar. d. loco.

11. Ex eodem fundamento olim erat distinctio actionum bonæ fidei & stricti juris quo ad compensationem, a quæ ipso jure in illis admittebatur: b in his non nisi opposita doli exceptione. c

a quæ est debiti & crediti inter se contributio l. 1. ff. de compensat. Duar. c. 1. in pr. d. t. liquidi. l. fli. C. cod. præsen-

præfctis, l. quod in diem ff. d. t. certi. l. si debeas eod. Borch.
d. §. actionum cir. fin. latè Duar. d. c. 1. b. d. §. 30. Insti.
h. t. tot. tit. de compensat. in ff. & C. c. d. §. 30. l. qui non
militabat de hered. instit. l. si opem. de doli mali except.
in quibus ante D. Marcum omninò non admitteretur
compensatio Borch. hic. Hodie verò quo ad hoc hæc iudi-
cia non differunt, cum in his quoq; ipso iure compensatiò
admittatur, quod post D. Marcum lcti. l. posteaquam
ff. h. t. post hos D. Severus. l. cum alter. ff. eod. l. 4. & S. C.
eod. post Iustinianus noster recepit. l. fli. C. h. t. Borch. d. §.
actionum in f. V. Cuiac. 15. obs. 12. Excipio tamen actio-
nem depositi d. §. 30. h. t. Paulus 2. sentent. tit. 13. & a-
ctionem momenti, quibus compensatio obijci non potest. l.
ult. in f. C. d. t. Cuiac. obs. 12. Borch. d. loco.

12. Et huius generis ex duntaxat cenentur
actiones quæ à Iustiniano in §. actionum Instit. h. t.
enarratæ.

d. §. actionum ubi Borch. Donel. & Dd. communi-
ter Vult. d. c. 4. n. 5. quibus includo actionem ex stipula-
tu de dote §. 29. Instit. h. t. & sic velim accipi ut &
contrarias & utiles simul complectantur Donel. d. §.
actionum. n. 36. & 37. Quare actionem præscriptis ver-
bis ex articulo do ut facias, vel ex facio ut facias l. 5. de
præscriptis verbis, non puto bonæ fidei dicendam d. §. a-
ctionum ubi Borch. actionem quæ nascitur ex contractu
emphyteutico bonæ fidei iudicijs puto annumerandam
d. §. actionum ubi Donel. n. 39. Wesenb. in §. 3. instit.
de locat. Diss. vulgò Dd. Iason in l. 1. C. h. t. n. 76. Sich. n.
46. Et hæc in genere de iudicijs bonæ fidei; Sequi-
tur nunc in specie petitio hereditatis, actio ex stipu-
latu pro dote, actio præscriptis verbis de æstimato,
actio præscriptis verbis ex permutatione.

Petitio

13. Petitio hæreditatis est actio bonæ fidei,
a qua successor defuncti b adversus eum utitur,
quipro hærede vel pro successore possidet, c

a d. §. actionum Instit. h. t. l. ult. C. hic. Dd. com-
muniter Licet veteres de hoc dubitarint d. §. actionum.
Hinc traditum in petitione hæreditatis compensatio-
nem ipso iure non induci, sed opposita doli exceptione, l.
utiles, l. hæreditas l. f. de petit. hæredit. traditum quoq;
ipso iure compensationem admitti. l. planè de petit. hære-
dit. Borch. d. §. actionum. Diss. Treutl. p. 1. Diss. 14. th. 4.
lit. d. ad cuius ultimam rationem vide §. præterea Instit.
h. t. Borch. c. 4. n. 44. de in lit. iurando. b l. 9. 11. &
seqq. de petit. hæredit. c d. l. regulariter. 9. & seqq. Vult.
2. iurispr. cap. 22. Treutl. d. th. 4.

14. Petitionem hæreditatis cum non solum
nomen a & naturam b actionis realis, vetum &
præstationes personales habeat, c mixtis annume-
randum opinor. d

a dum vocatur petitio, qua propriè actiones in
rem denotantur, l. 178. vers. petitionis. ff. de V. S. dum in
rem nominatur, l. 25. §. petitio ff. de petit. hæredit. dum
vindictio dicitur, l. 8. ff. d. 1. Obrechtus de præscript. th.
198. b l. nec ullam 13. cum ll. seqq. ff. h. t. V. Obrechtum
d. diss. th. 199. c. d. l. 25. §. petitio. d. §. quedam actiones
Instit. h. t. Oldendor. class. 5. act. 5. n. 3. l. 7. C. h. t. Obrech.
d. diss. th. 197. & th. 203. Sneyd. d. §. actionum n. 2. Diss.
Treutl. diss. 14. p. 1. th. 2. lit. b. Maranta p. 4. distinct. 3.
n. 8.

15. Competit autem hæc actio ei, ad quem
successio vel extestamento vel ab intestato pertinet,
a nec interest an per se hoc ius quis habeat, an per
alium puta servum, extraneum cui successit: b nec
B refert

refert utrum in solidum, an ex parte hæres vel legi-
timo vel testamentario jure effectus sit.

a l. 1. 2. & 3. ff. h. t. unde & fideicommissario com-
petere hanc actionem liquet, qua peculiari nomine fidei-
commissaria hereditatis petitio appellatur. arg. to. tit. de
fideicom. her. d. pet. sit. gl. in l. 1. d. tit. Diss. Bl. consil. 12
& 13. vol. 3. b l. 3. ff. h. t. l. heredis. 65. de V. S. Schneid.
d. S. actionum. n. 3. c l. 10. ff. h. t. modo sit pars heredi-
tatis, qua iura active & passive, ut loquuntur, continet:
non bonorum. l. si quis servum. S. ult. cum l. seq. ff. de leg.
2. Old. class. 5. act. 5. n. 4. Treutl. d. disp. th. 11. lit. a. Illo
casu puta si ex asse quis heres totam hereditatem vindic-
cat. licet adversarius unam tantam rem vel minimam
etiam possideat: hoc puta si pro parte heres partem sibi
debitam: licet adversarius totam possideat. l. 10. ff. h. t. l.
1. S. 1. & passim. ff. si pars heredit. petat. Ola. class. 5. act.
6. n. 6. in f.

16. Datur hæc actio adversus eum, qui pro hæ-
rede a vel possessore b possidet, c vel dolo desit
possidere, d vel denique revera nihil possidet: liti-
ta men se offert.

a pro herede, qui falso contendit se, iustum esse suc-
cessorem eius, cuius hereditas petitur. l. 11. ff. h. t. Snei.
d. S. actionum. n. 18. & seq. b pro possessore possidet, qui
interrogatus ne ullum possessionis sue titulum allegare
potest. d. l. 11. in f. & seq. ff. h. t. l. 13. S. 2. quod met. caus.
4. c totam hereditatem, vel rem hereditariam, licet
minimam. d. l. 8. & l. seq. h. t. d & quidem directa. l. 20.
S. 6. l. nec ullam. S. is autem. ff. h. t. l. 27. S. 3. de R. V. Tre.
d. disp. th. 16. lit. a. Diss. Old. d. act. n. 4. circa f. c l. qui
se liti. 45. ff. h. t. Old. d. loco. n. 4. in f. requiritur tamen ut
ab initio paravit actor hunc possidere. gl. in d. l. 45. Snei.
d. S. actionum. n. 37. Datur etiam adversus heredes eo-
rum,

rum, qui pro herede vel possessore possederunt sive mala
sive bona fide possideant. l. 13. § Neratius. l. etiam si puta-
rit. § heredem. ff. h. t. Old. d. act. n. 5.

17. Persequitur hæc actio res hæreditarias om-
nes a ut & eas, quæ quidem hæreditariæ non
sunt: periculum tamen ad hæredem pertinet, ut
sunt: res apud defunctum depositæ. defuncto com-
modatæ, oppignoratæ. b

a l. 5. l. si quis tempore. 45. ff. h. t. tam iura, quam
corporalia. l. 18. § si. & ll. seqq. ff. h. t. Wesenb. in par. hic. n.
11. sub quibus & precia rerum hereditariarum. & ea,
quæ a debitoribus exegit possessor comprehendendo, d. l. sed
et si. 25. §. petitio. 18. ff. h. t. excipio servitutes, quæ in
hanc actionem non eveniunt. l. & non tantum. 19. §. si.
3. ff. h. t. b d. l. 19. & seq. hic. Wes. d. n. 11.

18. Fructus quoque in hoc iudicium veniunt: a
aliter tamen repetuntur a malæ fidei possessore puta
prædone, aliter a bonæ fidei: cum ille teneatur non
solum de fructibus perceptis, sed etiam percipiendis
omnibus: b hic non nisi in quantum ex perce-
ptis locupletior factus conveniri possit. c

a d. l. 20. §. 3. & §. fructus. l. si quo tempore. l. si
possessor. §. 1. ff. h. t. b d. l. 25. §. quod autem. 3. l. 62. h.
t. l. 19. §. 20. qua in fraud. credit. ubi non distinguo inter
titulum habentem, & non habentem. dd. ll. Borch. in §.
si quis a non domino in §. instit. de R. D. Dis. glan l. ex di-
verso. C. de R. V. c. d. l. 25. §. 11. ff. h. t. l. 1. C. eod. Old. d.
act. 5. n. 6. & hoc singulare puto in hac actione: cum re-
gulariter bonæ fidei possessor industriales consumptos lu-
cretur, sive inde locupletior factus. sive non, l. 45. de u-
suris. Diss. Treutl. disp. 15. th. 10. lit. g p. 1. & disp. 20. th.
6. lit. k. p. 2. Vult, 1. discept. c. 20. naturales restituit, nisi

eos usuceperit. d. l. 4 s. de usuris. l. 40. de acquir. rerum
dom. ubi Cuiac. tr. 7. ad. Afr. p. 327 Borch. d. loco Copus
de fructibus. lib. 2. tit. 4. c. 6. Diss. Treutl. d. disp. 15. th. 10
lit. e. & d. disp. 20. th. 5. lit. k. in pr. Faber 4. coniect. 17.
Vult. d. c. 20. VVesenb. ad S. si quis à non domino. Instit.
de R. D. n. 10 Exstantes ergo restituet tam naturales,
quam industriales. Treutl. d. th. 10. lit. d. d. th. 5. lit. k.
Vult. Faber. Copus. ad. locis. Diss. Donel. 4. com. 25. & in
tr. de fructib. c. 4.

19. Postremò cum petitioni hæreditatis actio
in personam admixta sit, illa hereditatis restitutio-
nem; hæc personales præstationes persequatur: be-
nignè constitutum est ut petitio non 10. aut 20.
sed tantum 30. annorum spacio submoveatur.

l. hereditatis. C. h. t. Old. d. act. 5. n. 8. Obrechtus d.
disput. de prescript. th. 204. & 205. Vltterius ad 40. an-
nos per litis contestationem hanc actionem extendi o-
pinor. l. fl. C. de prescript. 30. annorum. l. 1. §. 1. C. de an-
nali except. V. Cuiac. 18. obs. 29. Tantum de peti-
tione hereditatis: sequitur actio ex stipulatu pro
dote.

20. Actio ergo ex stipulatu pro dote, actioni-
bus bonæ fidei ex Iustiniani constitutione annu-
meratur, a competens ad repetendam dotem b
soluto matrimonio. c

a d. §. 29. Instit. h. t. licet alias stricti iuris ex stipu-
latione detur actio. d. §. 29. ubi Borch. & Dd. communis-
ter. b l. unica. C. de rei uxnr. act. d. §. 29. hic. ubi Borch.
VVesenb. arg. l. 23. de acquir. poss. Treutl. disp. 7. p. 2. th.
10. etsi vel nulla vel inutilis interposita fuerit, d. l. unica.
& hac in locum rei uxoria actio successit. d. §. fuerat.
Instit. h. t. c Ne soluto quidem, si mulier rea sit adulte-
rij, repeti

ry, repeti potest: l. 11. §. 3. ad l. Iuliam. de adult. Nov.
117. cap. 8. Menoch. 2. arbitr. iud. quast. 287. quod ma-
le ad osculum extendi à Dd. communiter & Borch. cap.
8. n. 101. in tr. feud. benè Treutl. d. disp. 7. th. ult. lit. b. o-
pinatur. Nondum soluto si maritus sua dilapidando ad
inopiam vergat, l. 29. 30. C. de iure dot. iunct. l. 24. so-
lut. matr. nisi mulier sciens viro obarato vel prodigo nu-
pserit. Gail. 2. obs. 84. per tot. impr. n. 6. Diss. plurimi quos
vide relatos à Gail. d. obs. n. 4. in f. Marito tamen si ad
frugem pervenerit restituenda. Gail. 2. obs. 85. per tot.
impr. n. 3. in f. Diss. Accur. in l. ubi adhuc. C. de iure dot.
& hunc secuti Dd; pleriq; quos vide notatos à Gail. d.
obs. 85. n. 1.

21 Competit verò soli mulieri, vel patri simul,
a vel soli patri, hæredibusvè mulieris, b adversus
maritum eiusve heredes ad recuperandam do-
tem. c

a marito mortuo tam adventitiam, quam profe-
ctitiam pater adiuncta filia petere debet, l. 2. §. 2. l. 3. l.
22. §. 4. solut. matr. l. 27. C. eod. Cuiac. tr. 8. ad Afr. ad l.
34. solut. matr. & 3. not. Mercat. 17. Diss. Robert. 3. ani-
mad. 17. & 3. not. ad not. Merc. 17. nisi emancipata sit.
l. 22. solut. matr. l. 71. de evict. b uxore mortua patri
datur ad repetendam profectitiam dotem, l. 6. & ibi
Gothfr. solut. matr. l. 4. C. eod. nisi aliud pactum, l. 12. de
pactis. dotalibus vel filia superstites liberos reliquerit, fa.
l. ult. §. 1. ut leg. nom. caveat. l. 19. C. de collat. l. 17. ad
Sctum Maced. Duar. ad l. 48. solut. matr. Treut. d. disp.
th. 11. lit. c. ubi vide dissentientes: vel sine culpa ma-
riti. vel etiam post moram mulieris res dotalis perierit.
l. 9. 26. solut. matr. ubi VVes. n. 6. Profectitiam dixi do-
tem, cum hoc casu adventitiam, nisi aliter convene-
rit, maritus lucretur. Vlp tit. 6. §. mortua. l. 22. de
religiosis

religiosis & sanctibus. Cuiac. 9. obs. 4. c. 101. tit. ff. & C.
solut. matr. quem adm. dos petatur.

22. In hanc actionem & fructus veniunt, a qui
novissimi anni ex die traditi fundi, si post nuptias
fundus traditus proponitur: si ante, ex die nu-
ptiarum ad eundem diem anni sequentis rectè
computantur. b Veniunt verò pro rata temporis,
quo jus mariti duravit tam pendentes, quam perce-
pti. c

a l. 7. 11. & 21. §. ff. l. 34. solut. matr. b l. 5. & 6.
eod. Treut. d. disp. 11. 12. lit. e. c l. fructus. §. divorcio. l.
de divisione solut. matr. l. 1. §. 9. vers. sed & novissimi.
C. de rei uxor. act. Hartm. Pistor. quast. 24. n. 8. & 9.
Dua. 1. discept. cap. 60. & hanc dispositionem in usufru-
ctuario quoq; obtinere sentit Cuiac. lib. 4. tit. 30. de fru-
ctibus, de qua Cuiacij sententia videbimus v. Hart. Pi-
stor. d. quast. n. 17. & seqq.

23. Habet denique hæc actio ius tacitæ hypo-
thecæ a ita ut si mulier dote sua experiatur omni-
bus mariti creditoribus præferatur hypothecam
vel tacitam vel expressam anteriorem habentibus;
ex singulari & speciali concessione Imperatoris. b

a d. §. 29. hic. l. unica. §. 1. C. de rei uxor. act. &
hoc privilegium actionis est. Myns. d. §. 29. n. 5. 8. & 9.
Dissentire videtur Gail. 2. obs. 25. n. 10. habet tamen lo-
cum in donationibus quoq; propter nuptias: item in bo-
nis paraphernis, quæ uxor ultra dotem marito attulit.
V. Mynsing. d. §. n. 21. & 22. cent. 5. obs. 4. Gail. 2. obs. 92.
n. 10. Diss. gl. in c. ex literis de pignoribus. & qui hanc se-
quuntur. b d. §. 29. ubi Borch. l. assiduis. C. qui potior in
pign. habeantur. l. in rebus. C. de iur. dot. Cuiac. ad d. l. as-
siduis, ubi vide tres casus exceptos & not. ad 3. anima.
c. 14. Eber. Bronc. horst. assert. 19. c. 2. évad. 10. Pav ubi re-
sponder

spōdet contrarijs: & hanc sententiã in camera receptã te-
statur Myns. 5. obs. 13. & obtinere in dote numerata
duntaxat firmant Gall. 2. obs. 81. Myns. d. §. 29. n. 14.
Dis. Don. in d. §. 29. n. 3. Ves. ibidem. in f. V. Rober. 3. a-
nim. 14 & hoc privilegium personæ est Myns. d. loco. n. 15
ubi tamen opinatur ad descendentes, sed solas migrare
ut & Br. in l. 1. ff. solut. matr. de quo videbimus V. Don. §.
fuerat. n. 2.

24. Actio de æstimato est, actio præscriptis
verbis bonæ fidei, a quæ proponitur cum rem
æstimatam vendendam quis dedit b ut vel rem
ipsam incorruptam, c vel æstimationem rei, de
qua convenit, consequatur. d

a d. §. 28. instit. h. t. ubi Borch. in pr. & hæc etiam
æstimatoria dicitur. arg. Rubr. & l. 1. ff. h. t. b & hoc
vel cum vel sine mercede quis facere potest. l. 2. h. t. Ol.
claf. 4. act. 3. Myns. d. §. actionum n. 85. c d. l. 1. ff. h. t. d
l. 1. si tamen pluri rem distraxerit plus illud etiam resti-
tuere tenetur, arg. l. 46. §. 4. de procurat. l. 20. pr. de præ-
script. verb. Trentl. disp. 30. p. 1. th. 2. lit. f. nisi diversum
fuerit conventum: l. 22. §. ff. locat. quo casu etiam ca-
sum fortuitum præstat. l. 13. in pr. de præscript. verbis.
Hic quaeritur: num periculum rei æstimatæ in eum
transeat, cui res æstimata vendenda data est? quod
sub distinctione statuimus. l. si gratuitam. 17. §. 1.
ff. de præscript. verbis. l. 5. §. 3. ff. commod. Old. claf. 4.
act. 3. in f. Gothofr. in notis. ad d. l. 1. hic Connan. 7.
com. cap. 15. n. 4. in pr. Dis. Ves. in par. in f. hic. Myns. d.
§. 28. n. 87. Rem æstimatam vendendam datam sibi e-
mere & precium offerre neminem prohiberi: modo ad
vendendam rem se obtulerit putamus. arg. d. l. 17 §. 1.
de præscriptis verbis. Connanus. 7. com. 15. n. 4. quem
seqq. Trentl. d. disputat. th. 2. lit. g. Diss. Cuiat.
in parat.

in parat. ff. hic. Vult. d. c. 41. Ultimo ad heredes & in heredes transit hæc actio, & non nisi 30. annis expirat. Old. d. clas. 4. act. 3. n. 5. & 7.

25. Actio præscriptis verbis ex permutatione, est actio bonæ fidei, a descendens ex contractu innominato, b qui naturali voce permutatio c dicitur, qua ad id utimur, ut nobis damnetur adversarius quanti nostra interest illud, de quo convenit accipere. d

a d. §. actionum. Instit. h. t. b Vult. 1. Jurispr. c. 41. n. 13. & communiter DD. Gotho. ad l. 2. hic. Diff. Coras. 1. miscell. 23. n. 4. c quam definitio: quod sit contractus innominatus re & consensu constans, quo certa species cum certa specie commutatur. l. 1. ff. de rer. permut. Vult. d. c. 51. Myns. d. §. 28. n. 96. Hinc quaeritur; an negotium, quo genus cum genere, vel genus cum specie commutatur dicendum sit permutatio: num contractus do ut des? Posteriori puto. l. 1. ff. h. t. ubi gl. & Dd. Ves. in para. hic. n. 10. Vult. d. c. 41. circa f. Myns. d. §. 28. n. 95. Diff. Old. d. act. 38. in pr. Cuiacius in l. 7. ff. de pactis. Borch. d. §. 28. Quaeritur: si ex una parte simul & res & pecunia pro re, ex altera parte detur, an hoc negotium in contractum emtionis an permutationis incidat? In cujus quaestionis decisione placent distinctiones Treutl. d. disp. 30. th. 5. lit. a. ubi vide hanc quaestionem latius expositam. d. l. 5. de præscriptis verbis. Borch. d. §. 28. l. 1. §. ff. de rerum permutat. l. 1. C. eod. Old. clas. 4. act. 38. n. 6. Sequuntur actiones strictæ.

26. Strictæ actiones sunt, in quibus iudex præcisè de actione in iudicium deducta secundum naturam illi actioni à jure vel partium conventionem datam, pronunciare habet necessum. arg.

arg. l. 2. l. 5. ff. de O. & A. l. 9. de V. O. §. 30. Instit. h. t.
Donell. in d. §. 28. n. 13. & seqq. Vult. d. c. 4. n. 42. & 48.
In his ergo index datus ad certam formulam astringe-
batur. Baro. & Hottom. in d. §. actionum hic. Cic. Verrin.
4. Vult. d. c. 4. n. 47. Et huc referendas omnes actiones,
qua in d. §. 28. non expressa nec arbitrarijs annumera-
ri possunt, non ambigimus. arg. d. §. 28. & seqq. ubi Bor-
ad §. 31. in f. Donel. d. §. actionum. n. 33. in f. Sequun-
tur arbitrariae.

27. Arbitrariae actiones sunt, quae ex arbitrio
a iudicis pendent, ita ut nisi arbitrio iudicis is, cum
quo agitur, satisfaciat, condemnandus sit. b

a Et hanc ferè unam habent speciem aequitatis.
Donell. d. §. praeterea. Inst. h. t. Vult. d. c. 4. n. 50. arg. l.
Papinianus. 14. ff. de publ. in rem act. l. 3. §. 1. ff. de usuris
b d. §. praeterea. hic. ubi Borch. Donel. n. 2. Ab arbitrio.
quod in his actionib. sententiam condemnatoriam pra-
cedit dicta. l. item si cum. §. hac autem. ff. quod metus
causa l. arbitrio. de dolo. Arbitrium autem hoc quid sit
vide Treut. disp. 11. th. 5. lit. b. p. 1. Duar. ad d. l. 5. ff. de
in litem iur. n. 40. Menoch. lib. 1. de arb. iud. quest. quest.
3. n. 9. Hæc quo clariora fiant, actionem quod
metus causa & actionem de dolo paucis attinge-
mus.

28. Actio quod metus causa est, actio arbitra-
ria, a personalis, b in rem scripta, c in qua nisi
actori ex arbitrio iudicis rei deperditæ per metum
restitutio d fiat, reus intra annum in quadruplum
post annum in simplum condemnandus est. e

a d. §. praeterea. Inst. h. t. b Myns. in §. quadrupli.
cod. n. 3. & 4. arg. l. 1. ff. quod metus causa. c l. metum.
9. §. ff. d. t. iuncto §. Inst. h. t. Wesenb. in par. hic.
n. 4. & sic mixta. Cuiac. lib. 1. de dolo. Dis. Do-
nell. §. 1.

nel. §. 1. Inst. h. t. Pac. 1. antin. quest. 72. d. & quidem
intra menses quatuor à sententia puta arbitrio. arg. l.
fin. §. ult. C. de usu rei iudic. Treutl. disp. 11. p. 1. th. 5. lit. 6.
Diss. Dd. pleriq. ad §. quadrup. Inst. h. t. g. d. l. 14. §. 1. hic.
l. 4. C. eod. quadruplatur autem in hac actione res
cum fructibus & omni causa. d. l. 14. §. 7. ff. h. t. v. Goed-
deum ad l. 179. de V. S. n. 5. Vtraq; condemnatio num
una eadē q; sententia perficiatur quæritur? Puto q
non. gl. in §. 1. l. 14. ff. h. t. VVesemb. in par. hic. n. 6. Do-
nel. §. 31. h. t. n. 5. Diss. Faber. & Sneyd. in d. §. quadru-
pli eod.

29. Datur autem hæc actio metum injustum
passo, a adversus eum, qui vel metum injustè in-
cussit, vel ex gesto saltem per metum lucrum perce-
pit. b

a & ut hac detur actio exigitur damnum esse
datum, l. 12. §. 2. l. 13. ff. h. t. & quidem per metum, qui
etiam in constantem virum cadere solet, l. 3. §. 1. l. 6. 7.
in pr. hic. VVesemb. in par. hic. n. 3. quem metum puta
qui edicto locum faciat arbitrio iudicis definiendum re-
linquo. Gail. 1. de pace publ. 2. n. 5. l. 3. ex quibus causis
maior. Treutl. disp. 11. p. 1. th. 4. lit. a. Diss. vulgo. Dd. in
d. §. quadrupl. quorum alij tria, alij quinq; metus genes-
ra faciunt. Hinc denegatur hæc actio, si minis tantum
alicui metus incussus: hic ergo apud iudicem cautionem,
de non offendendo postulabit, cui iudex ferè semper
poenam addere consuevit. l. 66. ad Trebell. v. Gai. 1. obs.
4. Gomez. 3. resolut. 6. n. 16. b l. 9. §. 1. & §. fin. cum
l. seq. ff. h. t. VVes. in par. hic. n. 4. Sequitur actio doli,

30. Actio de dolo, est actio personalis, a ar-
bitraria, b qua petit actor, ut iudex reum rem res-
tituere jubeat, etsi non obtemperarit, quanti ea res
est

est iuramento in litem præstito definitivè conde-
mnet. c

a l. 15. §. 22. ff. hic. Treutl. d. disp. th. 6. lit. c. Diss.
Coras. 1. miscell. 22. b d. §. praterea. Instit. h. t. c l.
18. 24. hic. l. 5. de in litem iurando VVesemb. in par. ibi.
n. 6.

31. Datur hæc actio omnibus dolo deceptis,
a adversus eos, qui dolum commiserunt b ut indes-
mnes sint. c

a quocumq, modo per dolum damnum passi sint. l.
7. in pr. l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 30. de V. O. An ergo & filia, quæ
sub iuramento paternæ renunciavit hereditati dolo
inducta detur disquiri solet. Adfirmativam sequor
Mynsing. 5. obs. 59. Gail. 2. obs. 147. Treutl. d. disp. th. 7.
in pr. Diss. plurimi quorum fundamenta vide apud
Treutl. d. loco. b l. 14. §. 1. ubi Cuiac. hic, ut & horum
successores in id, quod ad eos pervenit. l. 17. §. fli. l. 27.
ff. h. t. Non datur adversus parentes patronos & c. hæc
actio, sed in factum, ut est in l. 11. & 12. ff. h. t. Mynsi.
d. §. praterea. n. 34. c dd. ll. th. precedent. ad lit. c. Non
tamen datur ob rem modicam. l. 9. in f. hic. & hoc con-
stitutum ita, quia famosa. l. 1. qui notantur infam. pus-
tat Cuiac. ad l. 4. de in integr. restit. & hunc secutus
Treutl. d. disp. th. 7. lit. e. de quo videbimus. v. §. gallinar.
Inst. de R. D. & ibi Mynsi. n. 1. & 2. Deniq, hæc actio
biennio expirat, l. ult. C. hic, ut ne litis quidem contesta-
tione perpetuetur: d. l. ult. C. hic, ubi gl. verbo finienda.
fac. l. quasitum. §. fli. ff. de peculio. Treutl. d. th. 7. lit. f.
cum alijs temporales actioes litis contestatione ad 30.
annos perpetuentur. Cuiac. 18. obs. 29. Diss. P. Faber. ad
l. 139 ff. de R. I. Treutl. disp. 12. th. 5 lit. e. p. 1. biennio ta-
men elapso in factum actio datur. l. 28. hic, VVesemb. in
par. hic. n. 8.

CORONIDIS LOCO SIT.

1. Actionem hanc cum nulla alia actione concurrere nisi cum sola actione quod metus causa.

l. 18. §. 13. hic Duar. c. 1. h. t. Treutl. d. disp. 11. th. 6. Diss. gl. in l. 1. ff. h. t. ut Cuiac. ibid.

2. Ex articulo facio ut des non actionem praescriptis verbis, sed hanc doli dari.

l. naturalis: §. 3. de praescriptis verbis Cuiac. ad l. 7. ff. de pactis Borch. in tr. de transact. c. 5. n. 14. Mynsing. d. §. 29. n. 31. Connanus 7. com. c. 15. n. 8. Diss. Treutl. d. disp. 11. th. 6. lit. e.

3. Dotem nullam re aut quantitate demonstratam tam a muliere quam a socero extraneo vel utiliter promitti.

l. cum post 69. §. gener. ff. de iur. dot. Robert. lib. 4. sentent. c. 24.

4. Dotem exstantibus liberis non restituendam.

Dd. in l. dos a patre C. solut. matr. V. Uesens. in par. ff. solut. matr. n. 5. Gothefred. ad Vlp. tit. 6. §. 4. Et in d. l. dos a patre Old. class. 4. act. 26. in fin.

F I N I S.

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







POSITIONES LEGALES
Disputat. V.
DE ACTIONIBVS BONÆ FIDELI, STRICTI IURIS, ET ARBITRARIIS, EX S. ACTIONVM ET quatuor sequentibus Instit. de actionibus & concordantibus iurium textibus desumptæ,
QV A S
D. O. M. A.
Præside.
NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO viro
Dn. ARNOLDO DE Keyger
I. V. D. & in Inchyta Salana
Academia publico Pandectarum professoꝛe,
Discutiendas proponit,
GEORGIVS Helmoldt
Gottingensis Saxo.
Ad diem 28. Iunii hora & loco consuetis,
I E N Æ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
Anno M.D.XCV.